UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

26. De quadam matrona Lutherana, quæ sacro assumptæ virginis matris die volens balneum sibi parari; miraculosa ædium suarum conflagratione diuinitùs punita est, lignis ad balneum congestis penitus ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-52445

Visual Library

Ex hiſtoria Belli Liuonici, De quadam matrona Lutherana, quæ ſacro aſſumptæ virginis matris die volens balneum ſibi parari, miraculoſa ædium ſuarum conflagratione diuinitus punita eſt, lignis ad balneum congeſtis, penitus incombuſtis.

CAP. XXVI.

ANNO 1556. ipſo aſſumptæ virginis matris die, Terpati ſacerdotes ex recepto Eccleſiæ more diem illum ſolẽnem habebant, & magno, vt ſolet, cum apparatu, & crebro campanarum pulſu diuinum cultum peragebant. Eam celebritatem & reuerẽtiam virgini matri ad ſummi numinis honorem exhibitam, cùm matrona quædam impendio inuideret, mandat pediſſequæ, vti balneum adparet, caminum inſtruat, ſe cum marito lauari decreuiſſe. Illa ſolennis feſti dominam ſubmonere, vtque alium in diem transferat, rogare. Matrona repentè excandeſcens, quid, inquit de Maria narras, fuit illa mulier ſimilis mihi, nec vllius potentiæ aut gratiæ prærogatiuam habet, tu iuſſa mea exequere. Famula ne dominam grauius exacerbaret, imperata perficit. Vbi ad caminum ventum eſt, arida ligna, quæ alioqui haud difficulter flammam excipiunt, nulla ope, nullis nutrimentis accendi potuerunt. Illa vbi ſe vndique vertit, laboris fruſtranei pertæſa, tectum omne ardere conſpicit, nec vlla vi, flammam extinguere valet. Ignis primùm ipſum balneum vaſtat,

mox

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mox duas contiguas ædes ingenti ciuium om-
nium terrore populatur. Confluit extempl
vniuerſum vulgus, & vix tandem latius ſerpe
re incendium prohibent. Poſtero die lignori
faſciculus, camino ingeſtus omninò incomb
ſtus comperitur.

*Thomas Morus libr. 1. Dialogor. cap. 16. &
refert Laurentius Surius in Chronicis, D
puella quadam nobili cum alijs quibuſdam
à Dæmone obſeſſis apud imaginem B. virgi-
nis Ippiſuntchij liberatis.*

CAP. XXVII.

AIT Thomas Morus loco citato, ſe plen
que ſuæ ætatis cõmemorare poſſe mir
cula, q̃ ad imagines quas ſolẽt homin
pij etiam peregrè inuiſere, edita ſint, tam
omni ſuſpicione aliena, tamq́ue amplis ful
teſtimonijs, vt qui ea velit reuocare in dub
um, is non multum ab inſania abeſſe vide
queat. Interim vnum recitat admodum ill
ſtrè, quod ante paucos annos in cuiuſdem v
nobilis Rogeri Vuentunorthi aliquot pro
declaratum ſit diuinitus, Præcipuè autem
vnam ex filiabus eius, annorum non ampl
duodecim, quàm malus dæmon inuaſerat,
multis modis diuexârat. Erat illa iam men
inops, deliranſq́ue procaciter, & petulans
in Deum ipſum incurrebat, execrabaturq́
res quaſq́ue precibus ſacratas, & quod mir
eſt, facilè etiam nullo indicante à non con
cratis illas internoſcebat. Fiebant hæc pro

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN